# RESPONSORVM CLARISSIMI AC CELEberrimi I. V. conſultiſſimi

# D. TIBERII DECIANI

Vtinenſis, Comitis Lateranenſis,

EQVITIS SPLENDIDIDISSIMI:

*AC OLIM JN FLORIDISSIMO OMNIVM EVROpæ Gymnaſio Patauino Iuris Cæſarei, in prima ſede matutina, ordinarij interpretis,*

## Volumen Tertium.

Reſponſa planè omnibus tum in foro, tum in ſcholis verſantibus, apprimè conducibilia, nec minus neceſſaria.

*Acceſſit præterea Index rerum omnium, locorumq; inſignium locupletiſſimus.*

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

VENETIIS. M DCII.

Apud Vaſſallinum.

# D. TIBERII DECIANI IVRISCONSVLTI VTINENSIS CELEBERRIMI,

## ET IN PATAVINO GYMNASIO IVRIS CIVILIS matutinis horis primarij interpretis,

# RESPONSORVM

## Volumen Tertium.

ARGVMENTVM.

*Facta donatione, an incontinenti poſſint addi conditiones.*

*Filiatio quomodo dicatur probata filij adulterini.*

*Primogenitura an poſſit conſtitui per teſtatorem, & ad eam admitti adulterinus legitimatus.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum ſiue donatio facta familiæ intelligitur facta gradatim, id eſt ſecundum ordinem ſucceſſiuum.*

2 *Filiatio probatur, licet ſit difficilis probationis, quando quis fuit tractatus vti filius legitimus et naturalis, & per alias coniecturas, de quibus in conſil.*

3 *Filius naturalis dicitur de familia patris, & præcipue ſi fuerit legitimatus.*

4 *Legitimatus dicitur de agnatione, neq; amplius eſt infamis, neque turpis perſona, & ſub nu. 139.*

5 *Allegans ſe filium debet id probare, maxime quando quæſtio ei eſt mota circa filiationem.*

*Et non tantum debet probare filiationem, verum etiam & legitimitatem, & num. ſeq.*

6 *Filius naturalis non eſt de domo neque de familia patris.*

7 *Donatio facta familiæ comprehendit tantum illos, qui ſunt nati de legitimo matrimonio.*

*Legitimati etiam per ſubſequens matrimonium non comprehenduntur ſub diſpoſitione loquente de filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio natis.*

8 *Legitimatus non dicitur legitimus deſcendens.*

9 *Donatio poteſt fieri cum pœna appoſita contrauenienti, vt cadat à iure ſuo.*

*Et quid ſi non fuerit appoſita, an ſubintelligatur.*

10 *Et an requiratur ſententia.*

11 *Verba geminata in priuatione intelliguntur ipſo iure, etiam ſi ſint futuri temporis.*

12 *Verbum, cadat, donat, denotat ipſo iure.*

13 *Teſtator vel donator ſi prohibeat contrauentionem voluntati ſuæ, an videatur intellexiſſe de contrauentione iniuſta, vel de quacunque.*

14 *Ius tertij quando eſt excluſum iuris agentis ipſo iure ſemper opponi poteſt.*

15 *Filiatio non probatur per ſolam nuncupationem.*

*Et an per alimentorum conceſſionem.*

*Et an per famam.*

16 *Dubitans ignoranti æquiparatur, maxime cum de facili non poſſit certiorari.*

17 *Legatum factum amore Dei, dicitur factum pietatis gratia, & eſt pium, & ſub num. 48.*

18 *Legatum fieri poteſt familiæ, & valet, & ſi fuerit factum mediante contractu donationis erit irreuocabile.*

*Donatio perfecta cuius ſit valoris.*

*Quid ſi non fuerit ſequuta traditio.*

19 *Poſſeſſio tam naturalis, quam ciuilis tradita dicitur, quando præter traditionem factum fuit conſtitutum de precario nomine poſſidendo.*

20 *Et quid operetur talis poſſeſſio.*

21 *Donatio facta interueniente ſtipulatione ad eam perficiendam, quantum valeat.*

22 *Donatio facta cum iuramento acquiritur etiam abſenti.*

23 *Donatio an acquiratur non natis.*

24 *Notarius poteſt ſtipulari, pro abſentibus, & nondum natis, aut conceptis.*

25 *Pater poteſt ad libitum ſuum de bonis ſuis diſponere etiam abutendo, & in præiudicium filiorum ſuorum, vendendo bona, & precium in mari proijciendo.*

26 *Donatio poteſt regulari ſecundum voluntatem donantis.*

27 *Dictio, tamen, ſiue copula cuius ſit naturæ.*

28 *Dictio, ſub, cuius ſit naturæ.*

29 *Diſpoſitio facta ſub conditione non poteſt locum habere, niſi prius obſeruatis conditionibus.*

30 *Pacta, & conuentiones, ſeu conditiones in contractu incontinenti appoſitæ dicuntur partes contractus, imo dicuntur ineſſe ipſi contractui.*

31 *Donator ſeu alius diſponens, cũ referat ſe ad pacta, cõdiões et leges inferius deſcribẽdas, pacta illa, ſeu cõditiões, ad quas ſe refert vti relata cenſentur, & in ipſa donatione, ſeu diſpoſitione referente, id eſt in ipſamet parte referente.*

32 *Clauſula, non aliter, appoſita in aliqua diſpoſitione, denotat omnino abeſſe voluntatem diſponentis, ſi aliter fiat.*

33 *Reſeruatio fructuum conualidat donationem omnium bonorũ.*

34 *Donator qui ſibi reſeruauit facultatem diſponendi de fructibus & diſtribuendi, vt ſibi viſum fuerit, quomodo intelligatur.*

35 *Donator poteſt donare proprietatem bonorum familiæ, & legem dare diſtributioni fructuum dictorum bonorum poſt mortem ſuam, & ad beneficium cuiuſcunque ipſe voluerit.*

*Quid ſi in vita declaraſſet modum diſtributionis, & diſtributores, an pœnitere poſſit, & omnia mutare. ibid.*

36 *Contractus vnus ſi fiat contemplatione alterius, eſt perinde ac ſi vnico contextu, & eodem inſtanti & in vnico contractu ambo celebrati fuiſſent, adeo vt vno non obſeruato alius quoque non ſit obſeruandus.*